

Epistol. Fratres, Puto  
quòd Deus, ex ejus fes-  
to 25. Julii, pag. 204.  
¶ In Missa Immaculá-  
tæ Conceptionis Beátæ  
Mariæ Virginis. pro Sáb-  
batis, Epístola, ut in  
próprio die 8. Decémbris,  
pag. 165.



# EPISTOLÆ

## QUÆ SOLENT CANTARI

in Missis, quæ continentur in Pontificáli  
Románo.

IN MISSA  
Própria Consecratiónis  
& Anniversárii  
Epíscopi.

Léctio Epístolæ B. Pauli  
Apóstoli ad Timó-  
theum.

1. Tim  
3.

**C**haríssime: Fidélis sermo: Si quis episcopátum desiderat, bonum opus desiderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sóbrium, prudentem, ornátum, pudicum, hospitálem, doctórem, non vinoléntum, non percussórem, sed módéstum: non litigiósum, non cúpidum, sed suæ

dómui benè præpósitum, filios habéntem súbditos cum omni castitáte. Si quis autem dómui suæ præesse nescit, quómodo Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neóphytum: ne in supérbiam elátus, in júdicium incidat diaboli. Opórtet autem illum & testimónium habère bonum ab iis qui foris sunt, ut doctrinam Dei ornet in ómnibus.

**IN MISSA PROPRIA** benedictiōnis Abbatissæ, & Monialium.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

<sup>2. Cor.</sup>  
<sup>3.</sup> **F**ratres, Dóminus autem Spíritus est: ubi autem Spíritus Dómini, ibi libértas. Nos verò omnes reveláta fácie glóriam Dómini specularantes, in eámdem imáginem transformámur à claritáte in claritatem, tamquam à Dómini spírítu. Ideò habéntes administratiōnem, juxta quod misericórdiam consecúti sumus, non defícimus, sed abdicámus occúlta dedécoris, non ambulántes in astútia, neque adulterántes verbum Dei, sed in manifestatiōne veritátis commendántes nosmetípsos ad omnem conscién-

tiam hominum coram Deo.

**IN MISSA PROPRIA** consecratiōnis Altâris.

Lectio Isaíæ Prophétæ.

<sup>Isai.</sup>  
<sup>13.</sup> **H**æc dicit Dóminus Deus: In illa die deferétur munus Dómino exercítuum: & rex fortis dominábitur eórum. In illa die erit altâre Dómini in médio terræ: & cognoscétur Dóminus: & colent eum in hóstiis & munéribus: & vota vovébunt Dómino, & solvent, & reverténtur ad Dóminum, & placábitur eis, & sanábit eos. In die illa erit Israél benedictio in médio terræ, cui benedíxit Dóminus Deus exercítuum, dicens: Benedictus pópulus meus, & opus mánuum meárum, & hæréditas mea Israél.

di-

dicit Dóminus omnípotens.

**IN MISSA QUÆ** dicitur in reconciliatiōne cæmetérii.

Lectio libri Apocalypsis Beati Joánnis Apóstoli.

<sup>Apoc.</sup>  
<sup>21.</sup> **I**n diébus illis: Venit Angelus & locútus est mecum, dicens: Veni, & osténdam tibi spónsam, uxórem agni. Et sústulit me in spírítu in montem magnum & altum, & osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendéntem de cœlo à Deo, habéntem claritátem Dei: & lumen ejus símile lápidi pretiósio tamquam lápidi jáspidis, sicut crystállum. Et habébat murum magnum & altum, habéntem portas duódecim: & in portis Angelos duódecim, &

nómína inscripta, quæ sunt nómina duódecim tríbuum filiôrum Israél. Ab Oriénte portæ tres, ab Aquilóne portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occásu portæ tres. Et murus civitátis habens fundaménta duódecim, & in ipsis duódecim nómina duódecim Apostolôrum Agni. Et qui loquebátur mecum, habébat mensûram arundineam áuream, ut metirétur civitátem, & portas ejus, & murum. Et civitas in quadro pósita est, & longitúdo ejus tanta est quanta & latitúdo: & mensus est civitátem de arúndine áurea per stádia duódecim millia: & longitúdo, & altitúdo, & latitúdo ejus æquália sunt. Et mensus est murum ejus centum quadraginta quátuor cubitôrum, mensûra hóminis, quæ est

An-

Angeli. Et erat structura trum perlucidum. Et  
 muri ejus ex lapide jaspide: ipsa vero civitas, aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, jaspis: secundum, saphirus: tertium, chalcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonix: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octavum, berillus: nonum, topazius: decimum, chrysolitus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus: & duodecim portae, duodecim margaritae sunt, per singulas: & singulae portae erant ex singulis margaritis: & platea civitatis aurum mundum, tamquam vi-

trum perlucidum. Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine ejus: & reges terrae afferent gloriam suam & honorem in illam. Et portae ejus non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominatiorem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae Agni.

MO-

# MODUS CANTANDI PROPHETIAM.

*Lectio* I sa i æ Pro phæ tæ.  
 me um mag num: ut sci ant gen-  
 tes, qui a ego Dó mi nus.  
*Terminatio dictionis monosyllabæ.*  
 Et ab u ni vér sis  
 i dó lis ves tris mun dá bo vos.  
 Et gló ri a Dó mi ni su per te  
 or ta est.  
*Terminatio dictionum quæ in fine acciunt accentum.*  
 Di xit Dó mi nus  
 ad Moy sen: Su per mon tem  
 nus De us. Sanc ti fi cá bo no men

ex-

ex cæl sum as cén de: tu qui e van- as cén dit in cæ lum, & ac cè pit

ge lí zas Si on. Ex ál ta in for tí tú- e am, & e dúxít e am de nú bi bus?

di ne vo cem tu am: qui e van- Di cit Dó mi nus om-

ge lí zas Je rú sa lem. ní po tens. Et cum ho mí ni bus

Quid est Is ra ãl, quòd con ver sã tus est. Ab u ni vér so

in terra i ní micò rum es? Quis ó pe re quod pa trá raç.

*Finalis clau- sula Prophe- tiæ.*

*Termina- tio dictio- nis inter- rogantis.*



MODUS CANTANDI EPISTOLAM.

Léc ti o li bri Sa pi én ti æ. cor su um, hu jus va na est relí gi o.

Léc ti o E pís to læ be á ti Ja có- Et præ angústia spír itus geméntes.

bi A pós to li. Léc ti o I sa í æ Dic ci vi tá ti bus Ju ða.

Pro phé tæ. In di é bus il lis: Lo- Gen tes au tem su per mi se-

cú tus est Dó mi nus ad A chaz, di- ri cordi a ho no ra re De um si cut

cens: Pe te ti bi, &c. Si, quis au tem De his mo- nosyllabis habes supra in Prophetiis,

scriptum est: Proptere a. scriptum est: Proptere a.

pu tat se re li gi o sum es se non Au ði te ergo do-

re fræ nans lin guam su am, sed se du cens mus Da vid Num quid, &c.

*Pro dic- tionibus quæ a- cuunt, ac centum.*